



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Horrificium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

PERNICIES. CAP. VI.

A Visebatur autem in Delphis apud oraculum Serpens, qui singulari certamine videretur Apollinem provocare, observatum à Plutarcho: perniciēs enim saluti semper adversatur. Inter agalmata Pontificia, quæ Romæ in Pulchræ speculæ recessu, ob veterum quippe artificum admirationem, visuntur, Julius II. admirandæ illud vetustæ artis & ingenii signum restituit, Apollinem *ἐναρ-^{Statua A-}* *pollinis Ro-* *ma à Julio* *restituta.* ubi Vipera terpit ab imo laurini trunci, cui dextero innititur femore. Non temere illa facta, sed tum hæc, quæ modo retulimus, tum Pythonis, hoc est, ægri tudinarij veneni cædem indicat, quem Apollo, ut Ovidius:

Mille quidem fodit telis & pluribus hydrum.

Statuæ vero hujus facies, osque ipsum Octaviani Augusti videtur esse, ejusque junioris lineamenta, quæ spectantur in numis, repræsentat. Sunt autem Pythones & dæmonum genus, cui, ut scribit Adamantius, Dracones, alii que Serpentes ministrare perhibentur. Sed de his alio commentario plura disseruimus.

GIGANTES. CAP. VII.

B Diodorus quoque per Serpentem voluminibus implicatum, malum interpretatur, præcipue: Gigantum genus, qui terrarum orbem olim oppressere. Et Commodus Imperator, uti legere est apud Lampridium, homines, obtortis pedibus, utpote Draconteis, Gigantes appellare solitus, eosque sagittis ex libidine configere. Et statuas giganteas pene omnes obtortis cruribus videas, ut anguipedes illos Terræ filios ostentent: nam & Nafos anguineos habuisse pedes, ait Gigantes, qui centum quisque brachiis cælum capere conati sunt, eo versu:

*Cum centum quisque pambat
Injicere anguipedum captivo brachia cælo,*

Et in Aetna Maro:

*Hæc natura sua est aluo tenuis, ima per orbem
Squammeis inortos sinuat vestigia Serpens.*

*Horn. 2.
Car. Catul.
in Argon.*

HORRIFICUM. CAP. VIII.

C Quas vero colubras Eumenidum crinibus obvolutas ajunt, ab Æschilo Poëta tragico primum excogitatum Pausanias attestatur: cum antea nihil neque in his, neque in alio quopiam ex infernis deis quicquam esse horrificum existimaretur. Manifestissimum est enim totum hoc terroris argumento confictum: loco tamen ea terribilia esse ex Assertore nostro totiens audimus, ubi sit fletus & stridor dentium, & quæ passim sacra litera de gehenna ponunt. Ut vero ad Anguium terrificum hieroglyphicum revertamur, non temere Tiber. Grachus timuisse videtur, cum in spaciola galea, qua in bellis uti consueverat, Angues offendit ova peperisse, fœtusque jam formatos, paulo antequam multitudine Quiritum oppressus interficeretur.

*Pausan. in
Achaicis.*

VASTITAS. CAP. IX.

D Jam Draconem, quem mali significatum habere dicunt, Crocodili nonnulli speciem esse putant, fortasse quia vastiore pingeretur corpore: nam alicubi mirifice crescunt. Maximus enim Tyrius tradit, apud Indos Alexandri tempore Draconem fuisse quinque jugerum magnitudine, cui Boves & Oves in cibum Indi ministrarent. Alii omne Serpentum genus indifferenter accipiunt, cujusmodi monstrum Annibal à tergo subsequi prospexisse fertur: belluum quippe vastam & immanem circumplectam Serpentibus, quæ quacunq; incederet, omnia arbuta, virgulta & tecta pervertebat, quod vastitatem Italiæ portendere divinitus intexerit. Neq; temere Faustina visa sibi in somnis Serpentes parere, sed ex his unū ferociorem, cum Antonium & Commodum in utero gestaret, quod vita Equicæ deinde Commodi, voluptuosa simul ac pernicioza, re ipsa comprobavit, non hominem, sed immanem Hydram ad humani generis internecionem emisit. Argiphontem Pausanias dictum ait Mercurium, quia *ὁ Φιλονόη* fuerit, Serpentem quippe sustulerit, quem nonnulli *ἀργύρω* vocant, vel quasi curium, quia *ὁ Φιλονόη* fuerit, quod cæde absineat: pacis enim Deus est Mercurius. Quamvis Leotyichidas Lacedæmonius Aristone patre nobilis, neque sua obscurus virtute, portenta hæc atque alia eludere

*Mercurius
Argicida.
Hom. Odyf.
a. vers. 34.*

Bb